RUBRICELLA

PRO ANNO DOMINI

1929

CZCIONKAMI KSIĘGARNI POWSZECHNEJ
I DRUKARNI DIECEZJALNEJ WE WŁOCŁAWKU

V-1300

RUBRICELLA

SEU

ORDO

Divini Officii ac Missarum

AD USUM

DIOECESIS

WLADISLAVIENSIS

PRO ANNO DOMINI

1929.

AUCTORITATE ET MANDATO

EXCELLENTISSIMI

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

WLADISLAI

K R Y N I C K I

S. THEOLOGIAE MAGISTRI

EPISCOPI DIOECESIS WLADISLAVIENSIS

CONCINNATUM ET EDITUM.

DIES FESTIVI PAPALES.

Die 6 Febr. dies Electionis Suae Sanctit.
Die 12 Febr. dies Coronationis in Pontif.

Celebrans, absoluto Missae Sacrificio intonat Hymnum „**Te Deum**“, *quo finito, canit sequentia*:

℣. Oremus pro Pontifice nostro **Pio.**

℟. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animas inimicorum eius.

℣. Fiat pax in virtute Tua.

℟. Et abundantia in turribus Tuis.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad Te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, omnium fidelium Pastor et Rector, famulum Tuum, **Pium**, quem Pastorem Ecclesiae Tuae praeesse voluisti, propitius respice: da Ei, quaesumus; verbo et exemplo, quibus praeest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℟. Amen.

DIES FESTIVI EPISCOPALES.

Die 10 Novembris, annivers. praeconisationis.
Die 21 Novembris, annivers. consecrationis.

Celebrans, absoluta Missa solenni, intonat Hymnum **„Te Deum"**, *quo finito, canit sequentia:*

℣. Domine, salvum fac Antistitem nostrum Wladislaum.

℟. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus Te.

℣. Fiat pax in virtute Tua.

℟. Et abundantia in turribus Tuis.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad Te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, omnium fidelium Pastor et Rector famulum tuum **Wladislaum**, quem Pastorem Ecclesiae Wladislaviensis praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus; verbo et exemplo, quibus praeest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℟. Amen.

REVOLUTIONES ANNUAE.

Tabula temporaria pro anno 1929.

Aureus Numerus 11	Littera martyrologii u.
Epacta XIX	Dom. post Egiphan. 2
Littera Dominicalis f.	Dom. post Pentecost. 27

Festa mobilia.

Dom. Septuges. 27 Jan.	Ascensio Domini 9 Maj.
Dies Cinerum 13 Febr.	Dom Pentecostes 19 Maj.
Dom. Resurrect. 31 Mart.	Ss. Corp. Chr. 30 Maj.
Rogationes 6, 7, 8 Maj.	Dom. I Adv. 1 Dec.

Quatuor anni tempora.

Verna 20, 22, 23 Febr.	Autumnalia 18, 20, 21 Sept.
Aestiva 22, 24, 25 Maj.	Hiemalia 18, 20, 21 Dec.

Oratio imperata per totum annum dic. pro Papa (pro qualibet vice indicabitur in Rubricella quando dicenda sit).

ORDO OFFICII IN FESTIS ET FERIIS.

I. Officium ordinarium.

Dicitur:
a) in festis duplicibus et semiduplicibus (exceptis iis, quae n. 2 et 3 indicantur).
b) in omnibus octavis (tam in diebus infr. oct. quam die ipsa oct.).

Matutinum:
a) Invitat. et Hymn. *de festo* (proprio loco vel de Communi),
b) Antiphonae, psalmi et versus trium NN. *de feria currenti*,
c) Absolutiones et Benedictiones ut *in Ordinario*,
d) LL. et resp. 1 N. de *Script. occurr. nisi aliter pr. loco notetur.*
e) LL. et resp. 2 et 3N. *de festo* (pr. loco vel de Communi).

Laudes et vesperae:
a) Antiphonae et psalmi *de feria curr.*
b) Capitulum et rel. *de festo* (pr. loco vel de Comm.).

Prima:
a) Hymnus ut *in Ordinario*,
b) Antiphona et Psalmi *de fer. curr.*
c) Lectio brevis *de festo* (pr. loco vel de Comm.),
d) Reliqua omnia ut *in Ordinario.*

Tertia, Sexta Nona:
a) Hymnus ut *in Ordinario*,
b) Antiphona et psalmi *de fer. curr.*
c) Capit. et rel. *de festo* (pr. loco vel de Comm.

Completorium: a) Antiphona et psalmi *de fer. curr.*
b) Rel. omnia ut in Ordinario.

Nota. In festis *sd.* — extra octavas — dicuntur *preces* ad Primam et ad Completorium: et — extra Adventum, T. Passionis, Octavas — dicitur *Suffragium* ad Laudes et ad Vesperas, (Temp. Paschali vero, loco suffr. dicitur Commemor. de Cruce).

2. Officium festivum.

Dicitur:
a) in omnibus festis, cujusvis ritus: Domini, BMV., SS. Angelorum, S. Joannis Bapt., S. Joseph, et SS. Apostolorum;
b) in festis duplicibus I et II cl. aliorum Sanctorum;
c) in Octavis privilegiatis;
d) in Vig. Egiphaniae et Pentecostes, et in vig. Nat. Dom. ad Laudes et per Hor.
e) in Dominicis infr. Oct.: Nativ., Ascens., Corporis Chr.
f) in fer. VI post Oct. Asc. si de ea fit off.

Officium totum dicitur *de festo* (pr. loco vel de Comm.), sumptis tamen ad Laudes, Horas et Completorium *psalmis de Dominica*, ut in novo breviario. Ad Primam 1 ps. *Deus, in nomine tuo*, 2 *Beati immaculati*, 3 *Retribue*. Completorium sumitur de Dominica, quoties de istis festis dicuntur integrae 1 vel 2 vesp. aut saltem a cap. 1 vesp.

3. Officium medium.

Dicitur *in festis* duplicibus et semiduplicibus (non autem in Octavis Communibus) habentibus antiphonas proprias in aliqua Hora maiori.

In Horis maior. (Matut., Laud. Vesp). *habentibus antiphonas proprias,* officium dicitur *ut supra, n. 2.*

In Horis maior, (Matut, Laud., Vesp.) **non** *habentibus antiphonas proprias,* Off. dicitur *ut supra, n. 1.*

In Horis minor. (Prima, Tertia, Sexta, Nona, Complet.) Off. semper dicitur *ut supra, n. 1.*

4. Officium simplex.

Dicitur:
a) in *festis* Sanctorum ritus *simplicis,*
b) in *Octavis simplicibus,*
c) in Officio BMV. in Sabbato.

Matutinum:
a) Invit et Hymn. 1) In Off. de Sanct. vel de Oct. simpl. *de festo* (seu de Comm. respectivo) 2) in Off. BMV. in Sabbato, — *ut pr. loco* in Breviario;
b) Ad Nocturnum unicum: novem antiph. cum suis psalmis (T.P. novem psalmi sub una tm. antiph.) *de feria curr.* (omissis vers. 1 et 2);
c) Absolutio: 1) in Off. de Sanct. vel de Oct. simpl. — *de feria curr.,* i. e. F. II et V *Exaudi,* F. III et VI *Ipsius,* F. IV et Sabb. *A vinculis;* 2) in Off. BMV. in Sabb. — propria, ut in Brev.
d) Benedictiones: 1) in Off. de Sanct. vel de Oct. S.: *Ille nos— Cuius (vel Quorum)* — *Ad Societatem;* 2) in Off. BMV. in Sabb. — propriae, ut suo loco, in Brev.
e) LL.: 1 et 2 semper *de Script. occurr.,* cum resp. item de Script.

occurr. addito ad 2 resp. *Gloria Patri;* 3 l. pr.: de Sanct. vel de Oct. simpl. vel de BMV.

f) Te Deum.

Reliquae Horae ut supra, n. 1.

Nota. Ad Laud. et ad Vesp. — exceptis Octavis simpl. — dicitur *Suffragium* aut, T.P., Commemor. de Cruce; ad Primam et ad Complet.— item exceptis Octavis — dic. *preces.*

5. Officium feriale.

Matutinum:

a) Invit. et Hymn.: 1) per annum— de fer. curr. ut *in Psalterio;* 2) tempore: Adv., Quadrag., Pass. et Paschali — *ut in Ordinario;*

b) Ad Noct. unicum: novem ant. et psalmi (T. P. novem psalmi sub una tm. ant). *de fer. curr.* ut in Psalterio, omissis versibus 1 et 2;

c) Absolutio — de fer. curr. ut *in Ordinario;*

d) Benedictiones: 1) quando LL. non sunt de Homilia — *de fer. curr.* ut in Ordinario 2) quando LL. sunt de Hom.: 1 *Evangelica Lectio,* 2 *Div. auxilium* 3 *Ad societatem.*

e) LL. et resp. ut in Pr. de Temp.

Te Deum dic. T. P. tm., excepta fer. 2 Rogat.

Laudes:

Omnia ut *in Psalt.* de fer. curr. (1 vel 2 loco) et *in Ordinario,* pro varietate Temp. — Oratio ut in Pr. de Temp. (in fer. per annum — or. Dom. praec., in vig. or. pr). — Deinde — extra Adv. et Temp.

Pass. — fit *suffr.* aut, T.P., Commemor. de Cruce.

Vesperae. Omnia ut *in Psalt.* de fer. curr. et *in Ordinario* pro variet. Temp. — Oratio ut in Pr. de Temp. (in fer. per an. or. Dom. praec.). Deinde— extrą Adv. et Temp. Pass. — fit *suffr.* aut, T.P., — Commemor. de Cruce.

Reliquae Horae: ut *in Psalt.* de fer curr. et *in Ord.* pro variet. Temp. Oratio Conveniens.

Nota. Preces feriales dicuntur in feriis: 1) Adventus, 2) Quadragesimae (a die Cinerum) 3) Passionis (usq. ad fer 4 Maj. Hebd. incl.), 4) Quat. Temp. Septembris, 5) in omnibus ¦vigiliis (exceptis vig. Nativ., Epiph., Ascen. et Pentec.), si fiat off. de fer. curr., quamvis in eo peragenda sit commemor. duplicis.

REGULAE IN MISSAE CELEBRATIONE SERVANDAE.

I.

De Missa in Oratio Privato.

Semper debet esse juxta Kalendarium Celebrantis. Prohibetur in festis:

1. Nativitatis Dom.,
2. Epiphaniae,
3. Paschatis,
4. Ascensionis,
5. Pentecostes,
6. Assumptionis,
7. Conceptionis Immac BMV.
8. S. Joseph 19 Martii,
9. SS. Ap. Petri et Pauli,
10. Omnium Sanctorum,
11. in ultimo triduo Maj. Hebdom.

II.

De Missa in Aliena Ecclesia aut Oratorio publico vel semipublico.

Omnes et singuli sacerdotes Missas omnino celebrent juxta Kalendarium Ecclesiae aut Oratorii publici vel semipubl. in quo celebrant, exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum et Ecclesiarum propriis.

III.

De Missa sol. Titularis vel alius festi transferendi.

1. Si festum *Patroni princ.* aut *Tituli* vel *Dedicationis propriae Ecclesiae* (vel etiam Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis) per accidens impediatur — de eo sua die permittitur vel una Missa cantata. vel commemoratio sub unica concl. cum prima oratione, nisi obstet mysterii identitas. Haec Missa *prohibetur*: 1) in Dominicis I cl. 2) in duplicibus I cl. 3) fer. 4 Cinerum 4) tota Maj. Hebd. 5) in vig. Nativit. et Pentec. 6) in Commemor. Omnium Fidelium Def. 7) in ecclesiis unam tm. Missam habentibus die Purificationis BMV. si fiat ben. candelarum, in Litaniis maj. et min. si fiat processio. — Commemoratio vero *prohibetur*: 1) in Commemor. Omn. Fid. Def. 2) in duplicibus 1 cl. primariis Domini Universalis Ecclesiae (exceptis feriis 2 et 3 Paschae et Pentecostes). — Idem servetur in Ecclesiis ubi *cum magno populi concursu*, cujus rei judex erit loci Ordinarius, celebretur festum quod transferri vel commemorari aut accidentaliter omitti debeat.

2. Si in aliqua Dominica reponatur *solemnitas externa* festi Patroni princ. aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae (vel etiam Tit. ant S. Fundatoris Ordinis seu Congregationis), quod infra praec. hebdom. occurrerit, — cani potest Missa de solemnitate translata, et pariter de ea legi potest unica Missa, nisi occurat 1) Dominica major aut 2) d. 1 cl.,—quo in casu in Missa de die additur oratio de solemnitate externa impedita.

IV.

De Missis in oratione Quadraginta Horarum.

1. In hac devotione ad *exponendum* et *reponendum* SS. Sacramentum canitur solemniter in

altari expositionis *Missa vot. SS. Sacr.* (cum *Gloria, Credo, Praef. Nat.).* Si vero occurrat *Officium* aut *commemoratio* aut *dies infra octavam*, etiam simplicem, — *de identico Domini mysterio* (SS. Corp. Chr., Sacrat Corde Jesu, Passione, Cruce, SS. Redemptore, Pretiosissimo Sanguine), tunc canitur Missa Officio aut commemorationi aut octavae conveniens.

2. In 1) Dominicis privil. 1 cl. 2) festis duplicibus 1 cl. 3) fer. IV Cinerum 4) fer.2, 3 et 4 Maj. Hebd. 5) vig. Nativitatis Dom. et Pentecostes,— solemniter canenda est *Missa diei curr.* cum commemor SS. Sacramenti sub unica concl., quae tamen commemor. omittitur si Missa vel commemor. in ea occurrens sit de identico Dom. mysterio (ut supra, 1).

3) Quando in *Missa sol. diei curr.* fit commemor. SS. Sacramenti sub nica conclus.,— tunc dicitur *Credo, Praef. Nat.* (nisi Missa propriam habeat) et *ult. Evangelium* de SS. Sacr. (nisi evang. Dominicae vel feriae vel vigiliae vel octavae legendum sit).

4. Die *medio* expositionis, solemniter canitur *Missa vot. pro pace* in altari *ubi SS. Sacramentum non est expositum neque in tabernaculo asservatur.* Haec Missa celebratur in *col. viol.* sine *Gloria* sed *cum Credo*, etiam extra Dominicam. Diebus autem indicatis supra in § 2, solemniter canenda est Missa diei Curr. cum commemor. de Missa vot. *pro pace* sub unica concl. et *cum Credo.*

5. Tam in Missa vot. sol. de SS. Sacramento vel pro pace, — quam in Missa sol. quae locum tenet hujusmodi Missae vot. impeditae, fit tm. commemoratio: 1) de duplici 2 cl. 2) de Dominica quavis 3) de fer. Adventus vel Quadrag. vel Quat. Temporum 4) de Rogationibus 5) de vig. Epiph. 6) de qualibet Octava privil.

6. Tam in Missa vot. sol. *pro pace*, quam in Missa sol. quae locum tenet hujusmodi Missae

impeditae, — additur oratio de SSmo Sacram., non sub una concl. cum or. Missae, sed post orationes a rubricis praescriptas, omittitur tamen ob Missam vel commemor. *de identico Domini mysterio.*

7. Missae priv. tempore expositionis dicuntur de festo vel officio occurrenti cum or. de SS. Sacram. post or. a rubricis praescriptas, — quae tamen omittitur *ob identitatem Mysterii* in Missa vel commemor. occurr. — Diebus vero quibus Missae vot. priv. permittuntur, — conveniens est dicere Missam vot. SS. Sacramenti, 2 or. de off. diei curr. 3 or. quae secundo loco dicenda esset (*Gloria* et *Credo non dic.*), Praef. Nat.

8. Die Commemor. Omnium Fid. Def. non licet celebrare Missam vot. SS. Sacramenti vel pro prace. — Si ea die fiat *expositio* vel *repositio* pro devotione 40 Horarum, — expositio sequatur, repositio vero cum processione praecedat Missam de Commemor. Omn. Fid. Def. in *col. viol.* et *extra altare expositionis.*

9. Diebus quibus exponitur et reponitur SS. Sacramentum, cantantur Litaniae, cum precibus et orationibus praescriptis (vid. Rituale novum).

10. In omnibus Missis, quae tempore expositionis celebrantur, non pulsetur companula ad *Sanctus* neque ad elevationem. Sacerdos celebraturus, calicem gestans et transiens ante SS. Sacram. expositum, prius utrumque genu flectat, deinde caput detegat et profunde inclinet, postea cooperiat caput et surgat.

V.

De Missa votiva SS. Cordis Jesu.

Hanc licet celebrare prima cuiusvis mensis feria VI in ecclesiis et oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis, *approbante loci Ordinario,* mane peraguntur. Prohibetur:

1º in festis Christi Domini,
2º in festo Purificationis B.M.V.,
3º in duplicibus 1 class.,
4º in Vigilia Epiphaniae,
5º feria V. in Parasceve,
6º infra octavas: Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas,
7º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum,
8º diebus festivis, etiam suppressis, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus.

Feria VI post octavam Ascensionis, si iuxta rubricas de ea fiat Officium et Missa, Missa erit dicenda de ipsa feria VI post octavam Ascensionis cum iisdem privilegiis Missae votivae de Sacratissimo Corde Jesu.

Haec Missa celebratur cum *Gloria* et *Credo* et in ea fiunt tantum commemorationes quae faciendae sunt in Missa votiva cantata pro re gravi, Ad Introitum vero, Offertorium et Communionem, extra tempus paschale, omittuntur *Alleluia*.

VI.

De Missa votiva pro Sponsis.

Permittitur cotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive ad feriam IV Cinerum exclusive et a die Paschatis exclusive ad 1-am Dominicam Adventus exclusive. Permittitur etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci ex iusta causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen:

1º diebus Dominicis et festivis de praecepto, etiam suppressis,
2º in duplicibus I et II classis,
3º in Vigillis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes,

4° infra octavas: Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi,

5° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum,

6° in feriis privilegiatis, nempe: feria IV Cinerum, feria II, III et IV Mai. Hebdomadae,

7° diebus Rogationum, si fiat processio, in ecclesiis unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa dicitur sine *Gloria* et sine *Credo*, cum *Benedicamus Dno* in fine. Tres extra hebdomadam Passionis dicuntur orationes, si vero celebretur in festo ritus duplicis, fiunt tantum commemorationes occurrentes, et omittitur tertia oratio de tempore.

Diebus ut supra impeditis, etiam tempore clauso, si intercedat permissio, legitur Missa de die cum commemoratione pro sponsis sub unica conclusione cum prima, ac datur benedictio pro eis propria, praeterquam in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua et Missa et oratio et benedictio prohibentur.

VII.

De Missis votivis cantatis pro re non gravi.

Missae votivae cantatae, quamvis non sint pro re gravi, permittuntur quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quaevis licet anticipata vel, etiam quoad Officium reposita; sed prohibentur:

1° feria IV Cinerum, fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae,

2° in vigiliis: Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes,

3° infra octavas: Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas,

4° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi

cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Nota. Missae votivae sine cantu indicantur in Rubricella littera marginali V magna.

VIII.

De Missis defunctorum pro diebus privilegiatis.

I. Missa unica cantata (vel etiam, pro pauperibus, lecta) pro die obitus, etiam absente rationabilem ob causam, vel iam sepulto cadavere, permittitur in ecclesia ubi exequiale funus defuncti agitur, sed prohibetur:

1° In festis Nativitat., Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ss. Trinitatis, Corporis Christi, Conceptionis Immaculatae, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V., Dedicationis S. Michaëlis Archangeli, Nativitatis S. Joannis Baptistae, S. Ioseph (19 martii, ac feria IV infra hebdomadam II post octavam), Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, et ultimo triduo Maioris Hebdomadae, non autem feriis II et III post Pascha et Pentecosten,

2° In festis Dedicationis ac Tituli ecclesiae ipsius in qua funus agi deberet,

3° In festo Patroni principalis loci et, pro religiosis institutis, in festis Tituli ac Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis.

Si solemnitas externa horum festorum fuerit in Dominicam translata, Missa exequialis prohibetur tantum in Dominica, in qua agitur solemnitas.

Quoties haec Missa ut supra impeditur, transferri potest in proximiorem sequentem diem similiter non impeditam.

Quod si in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum agatur exequiale funus

alicuius defuncti, sumatur prima missa solemniter celebrata aut, si pro Officio diei distincte sit dein celebranda, dicatur secunda, aut demum tertia Missa; addita tamen in ipsa Missa exequiali, sub unica conclusione, oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus.

II. **Missae privatae** in ecclesia aut oratorio publico, ubi exequiale funus defuncti solemniter agitur, dici possunt de requie pro die obitus ut supra (dummodo pro ipso defuncto applicentur); prohibentur vero:

1° in Dominicis aut festis de praecepto, licet suppressis,

2° in duplicibus I vel II classis, etiam translatis,

3° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum,

4° in Vigiliis: Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes,

5° Feria IV Cinerum, II, III et IV Maioris Hebdomadae,

6° Infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aut alias octavas alicubi privilegiatas.

Huiusmodi Missae privatae pariter celebrari possunt, unica die ad libitum, ab obitu usque ad depositionem defuncti in oratoriis semipublicis, quae deficiente ecclesia vel oratorio publicohorum locum teneant; necnon cotidie per idem tempus in oratoriis semipublicis, quae locum ecclesiae vel oratorii publici non teneant, et in oratoriis stricte privatis, domus defuncti, dummodo cadaver sit physice praesens in domo, ubi erecta sunt ipsa oratoria, et dies impedita non occurrat.

III. **Missa unica cantata vel lecta** in die III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione defunctorum et opportuniori die post acceptum mortis nuntium, permittitur in qualibet ecclesia, dummodo non occurrant dies qui Missas

privatas pro die obitus, ut supra, impediant; quo in casu, huiusmodi Missa in proximiorem diem pariter non impeditam anticipari, si anticipari valet aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.

Idem servatur pro unica Missa cantata in anniversariis quae extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habentur.

Idem quoque servatur pro Missis, quae per octiduum a Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peraguntur; quae tamen Missae extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Item, in ecclesia vel oratorio publico ac principali sepulcreti, immo et in quolibet sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de requie: dummodo non occurrat Dominica, aut festum de praecepto, licet suppressum, duplex I vel II classis, etiam translatum, aut aliqua ex Feriis, Vigiliis vel Octavis privilegiatis (ut supra). Hoc tamen privilegium non favet aliis ecclesiis vel capellis extra coemeterium, subter quas, licet ad legitimam distantiam, alicuius defuncti cadaver quiescit; neque ecclesiis, oratoriis publicis et sacellis sepulcreti in quo olim cadavera sepeliebantur, quod sepulcretum tamen qualibet ex causa derelictum est, ita ut defuncti sepeliri in eo non amplius soleant; neque ecclesiis, quae, licet circumiacens habeant coemeterium, tamen adiunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

Nota 1. Missae quotidianae defunctorum indicantur in margine Rubricellae litera magna Rq. (seu de Requie).

Nota 2. Licet in hac Dioecesi Sacerdotibus, ob rationabilem causam, tribus diebus

in hebdomada cantare Missam de Requie in omnibus paroecialibus ac olim Regularium ecclesiis, duplicibus etiam maioribus (*dm*) festis chori. Excipiuntur Dominicae et omnia festa fori, duplicia Iae et 2ae classis ac feriae, vigiliae et octavae privilegiatae (*Decr. S. Cong. Eppor. 28 IV. 1884).* Notandum indultum hoc esse *locale,* non personale, unde Missae memoratae celebrari possunt ab omnibus Sacerdotibus, etiam extraneis, in diebus tamen a rectore ecclesiae, pro commodo vel libitu, in hebdomada assignandis.

IX.

De collectis in Missa dicendis.

I. Collectae ab Ordinario imperatae *pro re non gravi,* prohibentur:

1° in duplicibus I et II classis,

2° in Dominis I et II classis,

3° in vigiliis: Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes,

4° in feria IV Cinerum, feriis, II, III et IV Maioris Hebdomadae,

5° infra octavas: Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas,

6° in Missis votivis cantatis pro re gravi vel celebratis ad instar earumdem Missarum pro re gravi,

7° quoties in Missa, iuxta rubricas, iam quatuor orationes dictae sint,

Nota. Or. imperata sem per indicabitur in Rubricella, quando sumenda sit.

EXPLICATIO SIGNORUM ET ABBREVIATIONUM

✠ = Festum de praecepto.
† = Festum suppr. in quo v'get obligatio applicandi Miss. pro populo.
* = Ad nomen Sancti inclinatur caput in Canone.
(1) ...(2) ...(3) = ...Numerus in parenthesi post indicatum ritum remittit ad praenotanda: „Ordo officii in festis et feriis" ubi describitur modus recitandi Officii.
d. = duplex.
sd. = semiduplex.
s = simplex.
C. = Commemoratio.
Or. = Oratio.
L. LL. = Lectio, Lectiones.
N. = Nocturnum.
resp. = responsorium.
V. = permittuntur Miss. vot. priv.
Rq. = permittuntur Miss. quotid. def.
Prec. fer. = Preces feriales ad omnes Horas, — et semper indicantur, quando sunt dicendae.
Suffr. = Suffragium; — semper indicatur, quando sumi debet.

Nota. Gloria, or. imperata et Credo — semper indicantur, quando sunt sumenda. Oratio imperata sumi potest *ut 3 or. ad lib.* Item, cum in Rubricella notatur „3 or *Ecclesiae* vel pro Pp. et imp." — utrumque adimpletur, dicendo or. pro Papa tm.

Ordo servandus in celebrandis

Missa Votiva	Color	Missa	Gloria
1. De SS. Trinit.	Albus	Propr.	Omitt.
2. De Spir. Sanct.	Rubeus	Propr.	Omitt.
3. De SS. Sacram.	Albus	Propr.	Omitt.
4. De Passione	Violac.	Propr.	Omitt.
5. De S. Cruce	Rubeus	Propr.	Omitt.
6. De B. M. V.	Albus	Propr.	Om., nisi in Sabb.
7. De Angelis	Albus	Propr.	Semper dicitur
8. De Apostol.	Rubeus	Propr.	Omitt.
9. De Sanctis	Festi	Propr. vel de Com.	Omitt.
10. Pro quac. necessit.	Violac.	Propr.	Omitt.
11. Pro Infirmo	Violac.	Propr.	Omitt.
12. Pro sponsis	Albus	Propr.	Omitt.
13. Pro defunct.	Niger	Ut in Missali	Omitt.

a) 1. or. Miss. votiv., 2 or. Off. curr., 3. cr., quae in Missa conformi Officio diei fuisset secunda. Si tamen dicenda sit or. *Fidelium.*, haec semper dicitur penultimo loco inter omnes orationes. In Missa pro Sponsis, sicut in aliis Missis votivis ex privilegio celebratis, omittitur 3 oratio de tempore, si commemoretur festum dupl. mai. aut minus.

b) nisi dicenda sit propria de Officio 1, loco comm. vel de Octav. aut de Tempore.

c) In tribus primis Missis (sive cantatis sive lectis) unica oratio: in cotidianis vero tres Orationes aut (in lectis) quinque vel septem, quarum prima et secunda ut in Miss.

Missis votivis privatis.

Orationes *(a)*	Credo	Praefatio	In fine Missae
1. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
2. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	id.
3. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Nativ.	id.
4. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	id.
5. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	id.
6. 2 diei curr., 3 de Sp. Sancto	Omitt.	Propr.	id. — in Sabb. Ite Missa est.
7. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Comm. *b)*	Ite Missa est.
8. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
9. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Pr. vel Comm. *b)*	id.
10. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	Comm. *b)*	id.
11. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	id.
12. 2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	id.
13. ut in Missal. *(c)*	Omitt.	Propr.	Requiesc. in pace

cotidiana, ultima autem *Fidelium.*, si Missa celebretur PRO DEFUNCTIS IN GENERE. — SI vero Missa celebretur pro defuncto vel defunctis CERTO DESIGNATIS, prima oratio erit pro ipso (vel ipsis), deficiente vel ignorata designatione oratio *Deus veniae largitor.*, 2 ad libitum, ultima semper *Fidelium.* pro omnibus defunctis.

In fine omnis Miss. votiv. dicitur Ev. S. Ioannis *In principio.* nisi facta fuerit commen. Dom., Feriae habentis Miss. propr., Vigil., diei octav. Epiph. aut infr. oct. Pasch. et Pent. vel Fest. habentis Evang. vere proprium.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

INCIPIT ANNUS CHRISTI DOMINI 1929.

Pascha occurrente 31 Martii

Januarius dierum 31.

✠ 1. A. F. 3. — **CIRCUMCISIO DOMINI ET OCTAVA NATIVITATIS,** *d. 2 cl.* (2). — H. t. *Jesu...* Ad Prim. ℣. *Qui natus,* usq. ad Epiph. excl. — In Miss. Gl. Cr. Praef. etc. Nat. — Vesp. de de fes. tm.

2. A. F. 4. — **SSmi Nominis Jesu,** *d. 2 cl.* (2).—C. diei Oct. S. Stephani* Protom. in Laud. et Miss. (priv. tm.) Gl. Cr. Praef. Nat. — Vesp. de fes.tm. — Diebus 3 et 4 (sq.) prohib. Miss. vot. priv. et quotid. def.

3. A. F. 5. — **Octava S. Joannis* Ap. et Ev.** *s.* (4). — In Miss. Gl. 2 or. *Deus qui*

salutis, 3 or. *Ecclesiae* vel. *Pro Papa* et imp. Praef. Ap. — Vesp. de sq. tm. —

4. R. F. 6. — **Octava Ss. Innocentium Mm.,** *s.,* (4). — In Miss. Gl. 2 or. *Deus qui salutis,* 3 or. *Ecclesiae* vel *Pro Papa* et imp. Grad. cum Alleluja et ℣ sq. (s. tractu). Praef. Nat. — Vesp. de sq. c. S. Telesphori Pp. M.

5. A. Sabb. — **Vigilia Epiphaniae** 2 cl. De ea, *sd.* (2). C. S. Telesphori in Laud. et Miss. Gl. 3 or. *Deus qui Salutis* Cr. Praef. Nat. — Vesp. de sq. tm.

Nota 1. Per totam Oct. prohibentur Miss. votivae et defunct. excepta una praes cadavere (quae cras prohibetur).

Nota 2. Cras ben. auri, myrhae et thuris. Ad Compl. et per t. Oct. Hymn. concl. *Jesu... qui apparuisti.* et ad Prim. vers. *Qui apparuisti hodie,* nisi aliter notetur.

✠ 6. **A. DOM. (VACAT) EPIPHANIA D.N. J.CHR.,** *d. 1 cl. cum Oct. privil. II ord.* (2). — Matut. dictis *Pater, Ave, Credo,* absolute inc. ab antiph. 1 (hodie tm.); 1 resp. *Hodie;* in 3N. ps. *Venite* (omissa antiph. *Homo* et ps. *Fundamenta).* — In Miss. Gl. Cr. Praef. et *Communic.* pr. per t. Oct. — Vesp. de fes. tm.

7. A. F. 2. **De 2 die infr. Oct.,** *sd.* (2).— LL.1N. *Veritatem.* — In Miss. Gl. 2 or. *Deus qui salutis,* 3 or. *Ecclesiae* vel

Pro Papa Cr. Praef. etc. pr. — Vesp. de Oct.

8. A, F. 3. **De 3 die infr. Oct.,** *sd.* (2).— Miss. ut supra, f. 2. — Vesp. de Oct.

9. A. F. 4. **De 4 die infr. Oct.** *sd.* (2). — Miss. ut f. 2. — Vesp. de Oct.

10. A. F. 5. **De 5 die infr. Oct.** *sd.* (2).— Miss. ut f. 2. — In vesp. c. S. Hygini Pp. M.

11. A. F 6. **De 6 die infr. Oct.** *sd.* (2). — c. S. Hygini in Laud. Miss. Gl. 3 or. *Deus, qui salutis.* Cr. Praef. etc. pr.— Vesp. de sq. c. praec. (ant. *Admoniti)* et Dom. infr. Oct. (ant. *Remansit).*

Nota. In compl. et cras (ad compl. incl.) H. term. *Jesu, tuis obediens.*

12. A. Sabb. — **S. Familiae Jesu, Mariae, Joseph,** *d. m.* (2) c. Dom. (sine 9 l.) et Oct. (7 die, ant. *Manifeste)* in Laud. et Miss Gl. Cr. Praef. etc. Epiph. — Ad Prim. vers. *Qui Mariae et Joseph subditus fuisti.* — Vesp. de sq. c. praec. et Dom.

✠ 13. A. **Dom.** I post. Epiph. **OCTAVA EPIPHANIAE** *d. m.* (2). — LL. 1 N. *Incipit Ep. 1 ad Corinth,* (e Dom. I post Epiph.). — In Miss. (pr.) Gl. Cr. Praef, etc, Epiph. — In vesp. c. sq. et S. Felicis Presb. M.

14. A. F 2, — **S. Hilarii ECD.** *d.* (1). — ℣Hm. — 9 l. et c. S. Felicis in Laud.

et Miss. Gl. imp. Cr. — Vesp. a cap. de sq. V. H. m. c. praec. et S. Mauri Abb. (ant. *Euge*, vers. *Os justi).*

15. A. F 3. — **S. Pauli I Erem. C.** *d.* (1) — 9 l. et c. S. Mauri in Laud. (ant. *Similabo,* vers. *Amavit*), et Miss. Gl. imp. — In vesp. c. sq.

16. R. F. 4. — **S. Marcelli I Pp. M.** *sd.* V. Rq. (1). — 8 resp. *Dne, praevenisti.* Ad Laud. suffr. Ad Prim. prec. — In Miss. Gl. 2 or. *Deus, qui salutis,* 3 or. *Ecclesiae* vel Pro Pp. et imp. — Vesp. de sq. c. praec.

17. A. F 5. — **S. Antonii Abb.** *d.* (1) — In Miss. Gl. imp. — Vesp. de sq. c. S. Pauli Ap., praec. et S. Priscae V.M,

18. A. F 6. — **Cathedra S. Petri* Romae.** *d. m.* (2) — 9 l. S. Priscae. C. S. Pauli* et S. Priscae in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. Praef. Ap. — In vesp. c. 1) S. Pauli, 2) sq., 3) SS. Marii et soc. Mm. 4) S. Canuti Reg. M. In compl. H. t. *Jesu... qui natus* (usq. ad Non diei sq. incl.).

19. A. Sabb. — **B. Mariae in Sabb.** *s.* (4). In Laud. c. SS. Marii et soc., S. Canuti, suffr. — Ad Prim. vers. *Qui natus* et prec. — In Miss. *(Vultum)* Gl. 2 or. Dom. praec. 3 or. SS. Mm. 4 or. S. Canuti Praef. BMV. *(In veneratione).* vel Miss. priv. de Dom. praec.

Gl. 2 or. BMV. 3 or. SS. Mm. 4 or. S. Canuti Praef. BMV. UEBMV. — Vesp. de sq. c. SS. Fabiani et Sebastiani Mm.

✠ 20. Vir. **DOM. II POST EPIPH.** De ea, *sd.* — C. SS. Fabiani et Sebast. in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. Praef. Trin. — In vesp. c. sq. et SS. Fabiani et Seb.

21. R. F 2. — **S. Agnetis* V. M.** *d.* (3)— LL. 1N. *Confitebor.* — In Miss. Gl. imp. — In vesp. c. sq.

22. R. F 3. — **SS. Vincentii et Anastasii** V. Rq. **Mm.** *sd.* (1) — Ad Laud. suffr. ad Prim. prec. — In Miss. Gl. 2 or. *Deus, qui salutis,* 3 or. *Ecclesiae* vel Pro Pp. et imp. — Vesp. a cap. de sq. c. praec. et S. Emerentianae V. M suffr. — Ad Compl. prec.

23. A. F 4. — **S. Raymundi de Pennafort C.** *sd.* (1). — 9 l. et c. S. Emerentianae in Laud. (suffr.) et Miss. Gl. 3 or. *Deus, qui Salutis.* et imp.— Ad Prim. prec. — Vesp. de sq. c. praec.

V. Rq.

24. R. F 5. — **S. Timothei E. M.** *d.* (1) — In Miss. Gl. imp. — Vesp. de sq. c. S. Petri Ap. et praec.

25. A. F 6. — **Conversio S. Pauli* Ap.** *d. m.* (2). — C. S. Petri* in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. Praef. Ap. — Vesp.

de sq. (de feria, or. Dom.) c. 1) praec. 2) S. Petri 3) S. Polycarpi E. M.

26. Vir. Sabb. **De Dom. III post Epiph.,** *sd.* Omn. de Sabb. LL. 1 et 2 *Inc. Ep. ad Galatas* (e Dom. III post Epiph); l. 3 *Inc. Ep. ad Ephesios* (e feria 4 sq.); LL. 2 et 3NN. de Dom. Ad Prim. cap. *Regi saeculorum* C. S. Polycarpi in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. Praef. Trin. — Vesp. de sq. c. S. Joannis Chrysostoni E.C.D. et S. Polycarpi. *Ben. Dno, alleluja, alleluja.*

Nota 1. Alleluja non amplius dicitur, neque in Off. neque in Miss., usque ad Sabb. Sanct., ejusque loco sumitur in initio Hor. *Laus Tibi, Domine.* In Miss. post Grad. legitur Tractus.

Nota 2. Cras prmgtr. festum Purific. BMV. Sabb. sq.

✠ 27. Viol. **DOM. SEPTUAGES.** 2 cl. De ea, *sd.* — Ad Laud. et ad Hor. ant. pr. — C. S. Joannis Chrys. in Laud. et Miss. Cr. Praef. Trin — In vesp. c. sq. et S. Joannis Chrys.

28. R. F 2. — **S. Agnetis* V. M. secundo,** V. Rq. *s.* (4). Ad Laud. suffr. ad Prim. prec.— In Miss. Gl. 2 or. *Deus, qui salutis,* 3 or. *Ecclesiae* vel Pro Pp. et imp. — Vesp. de sq. V.H.m.

29. A. F 3.— **S. Francisci Salesii E. C. D.** *d.* (1) — In Miss. Gl. imp. Cr. — In vesp. c. sq.

30. R. F 4, **S. Martinae V. M.** *sd.* (1). H. V.Rq. ad Mat. *Martinae*, ad Laud. *Tu natalè*, suffr. ad Prim. prec. — In Miss. Gl. 2 or. *Deus, qui salutis*, 3 or. *Ecclesiae* vel Pro Pp. et imp. — Vesp. de sq. c. praec. V.H.m.

31. A. F 5. **S. Petri Nolasci C.** *d.* (1) — In Miss. Gl. imp. — Vesp. a cap. de sq. c. praec.

Nota. Cras, ubi mane observatur publica devotio erga SS. Cor Jesu, permittitur Miss. etiam lecta de SS. Corde *Miserebitur* (Gl. or. unica, Cr. Praef † UE.S.J.).

Februarius dierum 28.

1. R. F 6. — **S. Ignatii* E. M.** *d.* (1). — In Miss. Gl. imp. — Vesp. de sq. c. praec. H. t. *Jesu... qui natus* (usq. ad Compl. diei sq.).

Nota 1. Cras ante Miss. solemn. fit benedictio, distributio et process. candelarum *(col. viol.)* ut in Missali. — Candelae accenduntur ad proces., ad Evang. et a Canone usq. ad completam Communionem. — Quicumque benedicit candelas, debet etiam subsequ. Missam celebrare, nisi sit Eppus Dioeces.

Nota 2. Res benedicendae ad altare. praeter ea quae Sacrificio inserviunt, non debent poni in altari, sed super mensam, in cornu Epistolae.

† 2. A. Sabb. — **Purificatio B. Mariae Virg.** *d. 2 cl.* (2). — In Miss. Gl. Cr. Praef. Nat. — Ad Prim. *Qui natus.* In vesp. c. sq.

Nota. Post vesp. ant *Alma;* post Compl. *Ave, Regina coelorum* usq. ad Compl. fer. 4 maj. Hebd.

✠ 3. Viol. **DOM. SEXAGESIMAE,** *2 cl.* De ea, *sd.* — Ad Laud. (2 loco) et ad Hor. ant. pr. — C. S. Blasii in Laud. (suffr.) et Miss. 3 or. *A cunctis* Cr. Ad Prim. prec. — In vesp. c. sq.

4. A. F 2. — **S. Andreae Corsini E. C.** *d.* (1). — In Miss. Gl. imp. — Vesp. a cap. de sq. c. praec.

5. R. F 3. — **S. Agathae* V.M.** *d.* (3). — LL. 1N. *Confitebor.* — In Miss. Gl. imp. — Vesp. a cap. de sq. (V.H.m.) c. praec. et S. Dorotheae V. M.

Nota. Cras ob annivers. electionis SS.P. N.Pii XI in Eccl. *Cathedr.* et *Colleg.* cant. Miss. vot. sol. *Statuit* (ex fes. Cath. S. Petri Romae 18 Jan.) in col. albo, Gl. or. unica *Deus, omnium fidelium Pastor,* Cr. Praef. Ap. UESJ. ac post Miss *Te Deum* etc. — Alii sacerdotes per Dioec. addant in Miss. coll. Pro Pp., et post Miss. Paroch. Dom. sq. cant. *Te Deum* etc.

6. A. F 4. — **S. Titi E. C.** *d.* (1). — 9 l. et c. S. Dorotheae in Laud. et Miss. Gl. 3 or. Pro Pp. — Vesp. a cap. de sq (V.H m.) c. praec.

7. A. F 5. **S. Romualdi Abb.** *d.* (1). — In

Miss. Gl. imp. — Vesp. a cap. de sq. (V.H.m.) c. praec.

8. A. F 6. **S. Joannis de Matha C.** *d.* (1). — In Miss. Gl. imp. — Vesp. a cap. de sq. (V.H.m.) c. praec. et S. Apolloniae V.M.

9. A. Sabb. — **S. Cyrilli E. Alexandrini C. D.** *d.* (1) — 9 l. et c. S. Apolloniae in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. — Vesp. de sq. c. praec. et S. Scholasticae V.

Nota. Cras pmgtr. dies Cinerum, initium jejunii quadrag. a fer. 4 sq. usque ad Sabb. S. ad meridiem servandum juxta novam legem. (can. 1250—1254 et c. 1245).

✠ 10. Viol. **DOM. QUINQUAGES.** *2 cl.* De ea, *sd.* — Ad Laud. (2 loco) et ad Hor. ant. pr. C. S. Scholasticae in Laud. et Miss. Cr. Praef. Trin. — In Vesp. c. sq. et S. Scholasticae. Ad Compl. H. t. *Jesu... qui natus* usq. ad Compl. diei sq.

11. A. F 2. — **Apparitio BMV. Immaculatae,** *d. m.* (2). — In Miss. Gl. imp. Cr. Praef. *In Conc. Immaculata* Ad Prim. *Qui natus.* — In vesp. c. sq.

Nota. Cras dies annivers. Coronationis SS.P.N.Pii XI; vid. observationes supra, die 5 febr.

12. A. F 3. — **SS. Septem Fundat. Ord. Serv. BMV. Cc.** *d.* (1). — In Miss. Gl. 2 or. pro Pp. — Vesp. de fes. tm.

Nota 1. Hodie claudunt. sol. Nupt. usque ad Dom. Paschae incl. (can. 1108); cessant omnes octavae usq. ad Dom. in Albis incl.

Nota 2. A media nocte inchoatur jejunium quadragesimale. — Parantur cineres ex ramis benedictis Dom. Palmarum anno praeterito. Vexilla et flores amoventur ac velantur altaria velis viol. sine imag. et signis usq. ad *Gloria in excelsis* Sabb. S. si tunc commode auferri possunt, alias deteguntur post off. illius diei.

Nota 3. In feriis Quadrag., nisi occurrat *d.* 1 vel 2 cl., Missae privatae dici possunt ad lib. *vel* de festo, ut notatur in Kalend., *vel* de feria aut Vig., col. *viol.*, sine Gl. sine Cr. cum comm. festi et reliquis, si quae sint; alias (i. e. in festis *sd.* et extra temp, Pass.) cum 3 or. de temp. (in Quadrag. *A cunctis*), — quod in posterum indicabitur abbreviatione, post Miss. dici: *vel* col. viol. etc,

Nota 4. Toto temp. Quadrages. prohibentur Miss. vot. priv. et defunct. quotid. lectae, quae ult. tamen permittuntur prima die libera cuiusque hbdom. quod pro qualibet vice indicabitur in marg. Rq.

Nota 5. Cras ante Miss. sol. fit bened. cinerum, ad quam accedens Cel. osculatur altare facta vero distrib, lavat manus in plano Epist. ac revertitur ad altare per viam longiorem. Si adest alius sacerdos, is Celebr. stanti inclinato capite, cineres imponit, alias ipse Cel. sibi imponit genufl. nil dicens. — In devotione *Gorzkie Żale*, ubi exponitur SS. Sacram. adhibetur Col. albus.

13. Viol. F 4. **Cinerum,** c. jej. et abst. De ea (5). Prec. fer. ad omn. Hor. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omni-*

potens — Vesp. de fer. (prec.)c. S. Valentini Presb. M. et suffr.

14. Viol. F 5. c. jej. **De ea** (5). — Prec.
Rq. fer. ad omn. Hor. — C. S. Valentini in Laud. (suffr.) et Miss. 3 or. *A cunctis* et imp. — Vesp. de fer. prec. c. SS. Faustini et Jovitae Mm. suffr.

15. Viol. F 6. c. jej et abst. **De ea** (5).— Prec. fer. C. SS. Mm. in Laud. (suffr.) et Miss. 3 or. *A cunctis*, et imp. — Vesp. de fer. prec. suffr.

16. Viol. **Sabb.** c. jej. et abst. **De eo** (5). Prec. fer. suffr. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* et imp. — Vesp. de sq., suffr. Ad Compl. prec.

Nota. Hodie et deinceps usque ad Pascha, exceptis Dominicis, vesp. dicuntur ante meridiem, et quidem in choro de praecepto, extra chorum de congruo. — In Sabb. Quadrag. ant. finalis de BMV. et or. *Angelus Domini*, dic. stando.

Incipit pars verna Breviarii.

✠ 17. Viol. **DOM. I QUADRAG.** *1 cl.* De ea, *sd.* Ad Laud. et ad Hor. ant. pr. suffr. Ad Prim. prec. dom. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* Cr. Praef. Quadr. — In vesp. suffr. Ad Compl. prec.

18. Viol. F 2. c. jej. **De ea** (5). — Prec.
Rq. fer. suffr. — In Miss. 2 or. *A cunctis*,

3 or. *Omnipotens* et imp — Vesp. de fer. prec. suffr.

Nota. Ad altaris privil. indulgentiam lucrandam non amplius requiritur sub poena nullitatis, Missam de Requie aut de feria vel vig. cum oratione defuncti propria celebrari, id tamem laudabiliter fieri, cum licet et decet.

19. Viol. F 3 c. jej. **De ea** (5). — Prec. fer. suffr. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* et imp. — Vesp. de fer. prec. suffr.

20. Viol. F 4. **Quat. Temp.** c. jej. et abst. **De ea** (5). — Omnia resp. ut supra. fer. 3.

21. Viol. F 5 c. jej. **De ea** (5). — Omn. resp. ut fer. 3. — Vesp. de sq. c. S. Pauli Ap. et fer.

22. A. F 6. Quat. Temp. c. jej. et abst. **Cathedra S. Petri* Antiochiae,** *d. m.* (2). — 9 l. fer. C. S. Pauli et fer. in Laud. et Miss. Gl. imp. Cr. Praef. Ap. UEF. (vel *viol.* etc.) — In vesp. c. S. Pauli, sq. et fer.

23. A. Sabb. Quat. Temp. c. jej. et abst. Vig. S. Matthiae* Ap. (de qua nil in off.) **S. Petri Damiani** E.C.D. *d.* (1). V.H.m. — LL.1N. *Sapientiam.* 9 l. et in Laud. c. Sabb. — In Miss. Gl. 2 or. Sabb. (1 post Kyrie, i. e. *Populum tuum),* 3 or. Vig. et imp. Cr. Praef. Quadr. UEsabb. (vel *col. viol.* de sabb. aut de vig.) — Vesp. de sq. c. praec.

✠ 24. Viol. **DOM. II QUADRAG.** *1 cl.* De ea, *sd.* — Ad Laud. suffr. Ad Prim. prec. Dom. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* Cr. — Vesp. de sq. c. praec.

25. R. F 2 c. jej. **S. Matthiae* Ap.** *d. 2 cl.* (2). — 9 l. et c. fer. in Laud. et Miss. Gl. Cr. Praef. Ap. UEF. In vesp. c. fer.

26. Viol. F 3. c. jej. **De ea** (5). — Prec. Rq. fer. suffr. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* et imp. — Vesp. de fer. prec. suffr.

27. Viol. F 4 c. jej. **De ea** (5). — Prec. fer. suffr. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* et imp. — Vesp. de fer. prec. suffr.

28. Viol. F 5 c. jej. **De ea** (5). — Omnia resp. ut supra, fer. 3.

Nota. Cras, ubi mane observatur etc. permitt. Miss. vot. de SS. Corde Jesu *Miserebitur.*

Martius dierum 31.

1. Viol. F 6 c. jej. et abst. **De ea** (5). — Omnia resp. ut supra, fer. 3.

2. Viol. Sabb. c. jej. et abst. **De eo** (5). — Ut supra, fer. 3. — Vesp. de sq., suffr. Ad Compl. prec.

✠ 3. Viol. **DOM. III QUADRAG.** *1 cl.* De ea, *sd.* Ad Laud. suffr. Ad Prim. prec.

Dom. — In Miss. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* Cr. — In vesp. c. sq. et S. Lucii Pp. M.

4. A. F 2 c. jej. **S. Casimiri C.** *d. m.* (1). — LL 1N. *Justus* 9 l. et c. fer. ac S. Lucii I in Laud. et Miss. Gl. imp. Praef. Quadr. UEF. — (vel *col. viol.*, etc.). — In vesp. c. fer.

